1179 Sane tanta erat inclementia frigoris, ut si quem forte vel leviter vulnerassent vel vestibus nudassent, statim hunc vis algoris extingueret. Porro domna Elisabeth voto se obligaverat ad Deum, ut si victoria donaret maritum suum, ecclesiam sibi construeret in ipso loco certaminis, quod postmodum devota complevit, nam fundavit, dotavit et ditavit et ita cruciferis tradidit.[1] Ea tempestate mortuus est

Jan. 31 Fridericus Pragensis episcopus pridie Kal. Februarii, anno videlicet ordinationis suae decimo. Interea Zobezlaus sicut supra tetigimus amissa Praga, perdita Boemia in sola se ~~Sk~~ Zkala refovebat, quam deinde Fridericus per totam obsidens aestatem tandem in fine huius anni ~~cepit~~ recepit. Qui, quoniam imperatori pecuniam promiserat magnam, recordante me de ipsa obsidione misit, et a populo terrae collectam gravem novorum denariorum exegit.

1180 Anno dominicae incarnationis 1180 inchoante mortuus est Zobezlaus peregre, cuius corpus Pragam est delatum et in Wissegrad honorifice sepultum. Verum quia Pragensis

1) Vgl. Friedrich, Cod. dipl. Boh. I, 312, 313: ~~[illegible]~~ a. 1186: Elisabeth schenkt die Kirche quam edificavi in loco, ubi triumphavit vir meus, dem Johanniterorden. Vgl. auch die Urk. Friedrichs Nr. 301: Acta sunt autem hec in consecratione basilice, quam ob memoriam victorię meę socia thori mei Elisabeth construxit ([illegible]).